

quoque domini . . praepositus, . . decanus et . . capitulum ecclesiae eiusdem pro tempore missam pro salute vivorum dici solitam interim dum dictus dominus Lutoldus praepositus noster vixerit cum commemoratione defunctorum sororum nostrarum praedictarum ac parentum et progenitorum eiusdem domini praepositi annis singulis in crastino beati Lucae evangelistae decantare, eo vero de hac vita sublato anniversarium obitus sui diem, in qua ipsum mori contigerit, cum vigiliis et missa defunctorum pro anima sua et animabus parentum ac progenitorum suorum et sororum nostrarum praedictarum in dicta pestilentia defunctorum annis singulis ut moris est peragere, et de dictis sex sollidis grossorum quatuor sollidos dominis canonicis integris et emancipatis, duos vero sollidos vicariis perpetuis et temporalibus praesentibus perpetuo debeant ministrare. Et nos Kunegundis abbatissa — — nos et monasterium nostrum — ad solvendum annuatim praefatis dominis — et capitulo ecclesiae Misnensis — sex sollidos grossorum praedictorum, sponte, libere et ex certa scientia ac de expressa petita et obtenta licentia reverendi in Christo patris domini Johannis episcopi Misnensis obligavimus et praesentibus obligamus — renunciantes in hoc exceptioni doli mali, actioni in factum et quibuslibet privilegiis et indulgentiis a sede apostolica seu aliunde impetratis seu in posterum impetrandis, et generaliter omni iuris canonici aut civilis beneficio, quibus vel quo mediantibus contra praemissa venire vel in aliquo quoad contrarium faciendum iuvare nos possemus. Et ne in praemissis — oblivio — dubium aliquod ingerere valeat hanc paginam exinde conscribi et sigillis abbatissae et conventus nostri praedictorum fecimus in testimonium desuper sigillari.

Et nos Johannes dei gratia episcopus — recognoscimus, quod ad preces et instantias supplices devotarum in Christo abbatissae, priorissae et conventus monasterii in Mulberg praedictarum consensum nostrum et licentiam expressam obligationi, alienationi et omnibus aliis supradictis — praesentibus adhibemus omnia et singula praemissa — auctoritate nostra ordinaria confirmantes, et in evidens testimonium ipsorum sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Datum Mulberg anno dom. millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, feria quinta ante diem beati Martini episcopi.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den an Pergamentstreifen hängenden wohl erhaltenen Siegeln des Bischofs, der Aebtissin und des Convents zu Mühlberg.

No. 515. 1359. 10. Nov.

*Die Burggrafen Meynher und Bertolt von Meissen eignen der Domkirche Zinsen zu Parmitz, welche Barbara von Kobirshayn aufgelassen.*

Wir Meynher vnde Bertolt von gotis gnadin gebrüder, burgravin des heyligin riches czü Myssen vnde grafe czum Hartinsteyne bekennen offinlich in disim geginwerdigin brife vnde tün künt allin den, di in horin odir sehin lesin, daz di ersame vrowe Barbara, Tyczmans von Kobirshayn, dem got gnade, ettiswene elyche wirtinne vnde bettegenoz mit irn erbin, sūnen vnde fründin vór vns ist gewest in